

Die Traditionen des Hochstifts Regensburg und des Klosters S. Emmeram (Ed. Widemann) Nr. 207

Genere de nobili progenitus Odalrih uassallus episcopi W. tradidit predictus Odalrih ad s. Emmerammum in servitium servorum dei inibi degentium, quicquid in manum videlicet episcopi W. et abbatis R. necnon et advocatorum suorum Vuerinharti et Hauuarti, presentibus etiam quibusdam de fratribus. Econtra eisdem advocatis cum manibus tam episcopi quam abbatis accepit prefatus Odalrih de rebus s. Emmerammi et de prebenda eorundem fratrum locum unum intra confinia nemoris Tusinholz ac fluenta fluminis Regan coniacentem, Erigisinga nuncupatum, cum omnibus ad ipsum locum iuste pertinentibus simili modo quesitis et inquirendis in proprium. Et Egilolf, Lioparto, Ruodpreht, Aripo, Atto, Uuillihalm, Lantpreht, Chadalhoh, Engilmar.